

www.e-rara.ch

**Paradisus virginalis, sive, Conciones in festis semper virginis dei
genitricis Mariae**

Mata, Juan de

Antverpiae, anno 1652

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24016>

In annuntiatione b. virginis, et filii Dei in castissimis eius visceribus incarnatione.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IN ANNUNTIATIONE
 B. VIRGINIS,
 ET FILII DEI IN CASTISSIMIS
 EIVS VISCERIBVS INCARNATIONE.

THEMA.

Missus est Angelus Gabriel. Luc. 1.

SALVATIO.



HVMANÆ hodie natura Deus desponsatur, in nuptiali thalamo sinuque cœlesti Mariæ, cui paranympus Gabriel legatus à Deo mittitur. Ipsa quoque terra mortalium celebrans felicitatem, qui illam incolunt, & cuius mater est communis, iucundatur: hoc etenim mense nouis campi floribus adornantur, viridi amicitur aulæo terra, pulcherrimis præfulget linteis, se mutuo tangunt; & sicut amantissimæ sibi mutuo apparere venustiores; iam terra cælum ambiens cultiori se comitatu, ut illud in sui amorem gratapelliciat. Phrasis hæc est eloquentissimi Africani Tertulliana. Sic & terram, si recenseas, temporatim vestiri amantem, Ru-

pertus illud interpretatus ex Canticis. *Iam hiems transit. sic* Cant. 2. ait: Ex qualitate temporis, secluso omnis erroris periculo, colligere licet faustissima nostræ salutis oracula. *Ex ipsa qualitate* RYPERT. *temporis, auspiciam cape magna* ibid. *felicatis.* Maximum coluimus nostræ fidei mysterium: in quo omnipotentia & amor extremum ostenderunt potentia: illa vires, hic inventiones: quid miramur si vnum elingues reddat & aliud linguas excitet ad gratitudinem. Audire lubet deuotionis exemplar Arnoldum. *Sensus humanus timet attingere,* ARNOLD. *& hæret ancipiti affectu: quia &* CARNOT. *stupori est maiestas operis, & in-* de laud. *gratitudinis foret, præterire silen-* Virg. Tom. 2. *tio laudes auctoris. Res mira &* Biblioth. *inaudita; Mater Virgo, verbum* Patrum. *caro: Deus homo. Quis in tam*
 celebrâ

TERTULL.
 l. de pallio.
 c. 2.

celebri miraculo sileat? Item quis
hæc predicare sufficiat? Scimus
quidem supra nos esse hoc aggredi,
sed illa in cuius sacratissimo ve-
ro Verbum caro factum est, locu-
turis de verbo conciliet verbum.

Quis linguæ suæ seras iniiciat
taciturnitatis, quem ardor ignis
exurens cogit in voces exclama-
re? Et quis aliquid dicere suffi-
ciat, absque tantæ eius dignita-
tis iniuria? Illi tantum confido,
quod suprema Domina, in cu-
ius purissimis visceribus Ver-
bum caro factum est, mihi cum
gratia verba ministrabit, quam
speremus, & eius meritis expo-
stulemus dicentes: *Aue Maria.*

Discursus I. *Deus hunc diem
ut summum bonum expete-
bat, quo se summè communi-
casset, & cum per humanam
detineretur superbiam, pro-
fundissima Maria se submisit
humilitati.*

Qui Dei naturam cognoscit
ad dona elargienda pro-
pensissimam: æterna illa pariter
& feruentissima desideria (ne-
que enim in illo quidquam est,
quod tale non sit) seipsum com-
municandi; non mirabitur.
Summa ætonitus exordior ad-
miratione, illi inhærens, cur ul-
tra quinque millia annorum,
nullam inuenerit opportunam
occlusionem, nec maturum sæ-
culum, nec temporis plenitudi-

nem, in qua hominem indueret,
hominem redempturus. Nemo
dubitat quin murus aliquis in-
terpositus steterit obex, hanc
causans diuisionem, teste Pro-
pheta: *Peccata vestra diuiserunt*

inter vos & Deum. Sed nomina-
tim non ferenda humana super-
bia: nihil enim maiori conatu
torrentem cohibet, pedemque
stringit, vt peccatum Deo re-
fractarium quodque pari cum
Deo vult gradu concurrere.
Itaque donec in mundo talem
vidit cognitionem quæ ad hu-
millimum & profundissimum
Virginis Mariæ centrum incli-
naretur, nullis se humanis ob-
strictum sentiebat obsequiis,
nec gemitus vocesque iustorum
exaudiebat ipse regio suo resi-
dens sublimis throno; homo
verò remedio omni, & omni sa-
lute languebat destitutus. Post
illud vniuersale diluuium quò
Deus mundum renouauit, licet
annis infantem, sceleribus tamè
canum & senescentem: *Om-*

Hiere. 59.

*I. Superbia
detinuit
Deum ne
homo fieret.*

*nis quippe caro corruperat viam
suam.* Lauacrum illi concedendo
aquarum, & submersis omni-
bus viuentibus, seruatis tamen
in arca Noë octo hominibus:
quamprimum de arcæ huius
prodierunt illi ergastulo, confi-
lium ineunt & opere incepe-
runt ædificare turrim in terra
Senaar; turris hæc est quam
S. pagina cognominat Babel,
cuius altitudinem ipsis infer-

Gen. 6.

rent sideribus, eo moti animo, ut *Celebremus nomen nostrum, & ædificium hoc erigeretur in columnam & pyramidem gloriæ ipsorum, sicut fuit ignominia: Vel, ut aliorum est opinio, ut haberent, quò aliùs ascenderent inundante iterum diluuiò terramque totam cum montibus submergente. Introducebat igitur Moyſes factorum anni conſcriptor quaſi tres diuinas perſonas SS. Trinitatis inter ſe concludentes. Venite igitur & descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Admirantur omnes verbum hoc, Descendamus. Quid hoc Domine, ut parietem quatuor laterum demoliaris à formicis filiis Adam ere&u, an non plus ſatis eſt ſi vel ſemel tuù ſuſpendas concurſum, ut omnia in puluerem arenæ ſimilem redigantur? Descendamus. Descendat vnicus Angelus qui ſub vnus noctis ſpatio centum octoginta quinque millia interfecit exercitus Aſſyriorum: quod ſi plures huic velint ſeruire munerari, utpote omnis ſuperbiæ inimici, cæleſtes descendant legiones, & per hæc aëris vacua penetrent fortiſſimi. Sed quid opus eſt ut tota tua SS. descendat Trinitas? quis non iudicabit diuinę per hoc derogari auctoritati, & eius diminui dignitatẽ?*

Rupertus ingenioſè hoc perpendens aſſerit hæc ita ſe non habere: ſed ſicut ſuperbus ſe tri-

bus opponit arrogãter perſonis: omnipotentia Patris, cù omnia velit ad exitum perducere: ſapientia Filij ſtultis vaniſque cogitationibus: Spiritui S. qui totus amor eſt, ſuauiſ, & benignitas, cuius contrariũ eſt arrogãtia, in arenam tota descendat SS. Trinitas cauſam ſuam deſenſura: ad euertendum namque ſuperbum non ſufficit Angelorum potentia; hanc Deus expeditionem nulli conſidit inferiori quàm ſibi Trino & vno. Ipſe loquatur Rupert. *Non Angelorum multitudines ad auxilium cohortatur, ſed ad feriendam ſuperbiam ſe ad eſſe teſtatur tota Trinitas vnus Deus.* Si bellum alterius peccati ſpeciei inditum foret, quælibet ſufficeret potentia demonſtratio: ſed ut temerarius & præſumptuoſus ſupplantetur, qui nimia ſuperbiens arrogãtia Deum ipſum conatur impetere, totus Deus quantus eſt prodeat ad deſenſionem. Addit autem præſatus Abbas aliud argumentum quo ſupradicta diligentius enucleat. Perpendit admonitionem Chriſti ad diſcipulos cum de ſepulchro rediuius eos mundi prædicatores inſtituit. *Euntes in mundum vniuerſum &c. baptizantes eos In nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.* Quæro, an nõ ſuffeciſſet dicere, In nomine Dei, qua de cauſa exprimi neceſſe eſt omnes tres perſonas?

idque

Gen. II.

II.

Deus ipſe
deſcendit
ad euertendam
turrim
Babel: qua
re?

4. Reg. 19.

RVPERT.
l. 1. in Gen.
c. 46.

in Math. 28.

idque præcepto ita stricto, vt vnâ non nominatâ, Sacramentum irritum esse censetur? Siquidem verum sit, quod in principio Ecclesiæ, vt Christum populo redderent amabilem, cuius nomen Iudæi toto nisi fuerât conamine diffamare, dispensatû fuerit vt in eius solius nomine baptismus cõferretur. *In nomine Christi.* Sed hoc breuissimo tẽpore, & numquã amplius: quia forma hæc & materia ab ipso Christo fuit instituta & præcepta, cui nihil detrahendum est, nihilque addendum. Respondet valde concinnè. Sicut enim omnes tres personæ vni sese opponunt superbo (vt prædictum est) ita similiter humili patrocinantur, & sicut qui baptizatur, ab humilitate commendatur in illo actu in tantum vt Apostolus eum dicat sepultum: *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem*: cum illum particulari omnes foueant beneuolentiã, ita omnes etiam in singulari opus est vt exprimantur. *Quod ex opposito remedio magis liquet: vbi enim in ore Apostolorum, omnia renouantur generalium, eadem Trinitas sese aperit hominibus, & ea die primum in nomine Patris & filij & Spiritus S. humiles homines baptizantur, qua vera destructio est altissima turris, qua in calum surgat homo Deo conregnaturus. Baptizatus, quia hu-*

milis, cælum lucratur, quia se submittit, illi se Deus manifestat, suam illi declarat Trinitatem, sui illi infundit cognitionem, regni que reddit æterni participem, *Deo conregnaturus.*

D. Ambros. illa de psalterio verba interpretatus. *Superbi ini-* Ps. 118.

quẽ agebant vsquequaque, alia producit ex D. Iacobo. *Deus su-* Iaco. 4.

perbis resistit. Inflatibus & arrogantibus Deus resistit: diu multumque inhæret huic formulæ loquendi: cur enim aliis non resistit peccatis? An illa non impugnat? An ipsum non offendunt? Vtique, sed videtur quod nõ in cõparatione vnus ex istis:

IV.
Superbia
propriè
Deo est iniuriosa.

& vnde tantæ ratio commotionis? Respondet Archiepiscopus Mediolanens. *Quid igitur hoc peccato potest esse deterius, quod à Dei cõpiti iniuria? Quid miraris quod ista culpa Gigas censatur esse, aliæ verò vt pygmæ reputentur & pumilioes: cum A Dei cõperit iniuria? Enodemus illud. Peccat homicida fratris sui effundens sanguinem, vitam illi adimens, cui semel tantum data est, nec ei secundo potest restitui. Dignitatem exoptat honoris ardelio quam præterdens non meretur: impugnat luxuriosus pulchritudinis alienæ castrum: grauiasunt hæc delicta, quis dubitat? Porro neminem ex illis dicentem audio, nec quidem cogitantem: Deo in bonitate non cedo. Et licet,*

III.
Tres personæ SS.
Trinitatis
exprimentur
in baptisimo

Rom. 6.

REPERT.
vbi supra.

docente nos Theologiâ, in quo-
libet peccato culperur auersio à
creatore & conuersio ad crea-
turam: non tamen explicitè &
primâ instantiâ hanc peccator
intendit: imò potius vtraque
mallet manu ludere, Deo vitiis-
que suis placere, & si hoc illi
concederetur, de cetero non illi
vlteriùs occurreret obiectum
quo se Deo refractarius oppo-
neret. Superbia verò primò se
còtendit Deo reddere æqualem;
Nemo non legit primi superbi
Luciferi, Angeli Apostatæ, &
calorum exulis à Deo non
tolerandam arrogantiam. *Sede-
bo in monte testamenti, &c. Similis
ero Altissimo.* Sedem meam di-
uino statuam throno collatera-
lem: beatus ero, nec vllam à Deo
cognosciam dependentiam. An
quis hoc non dixerit supremi
numinis contemptum esse ma-
ximè iniuriosum? Optimè igitur
dixit D. Ambros. *A Dei cæpit
iniuria;* & sedulo perpendamus
quod addit præfatus auctor ve-
lut præcedentiam assertiuû. *Id-
coꝝ scriptura dicit: Dominus su-
perbis resistit, tanquam sua conu-
melia propulsator, veluti quod-
dam suscepit aduersus superbiam
speciale certamen, tanquam dicat:
meus iste aduersarius est, qui me
laceffit: mihi debetur ista congres-
sio: Quamuis enim omnes pec-
catores (quantum in ipsis est)
intendant, velut inimici mei
bello me laceffere: superbus ta-*

men ceteris multò grauius, &
per antonomasiam facie ad fa-
ciem, suam non humilians elat-
tionem se mihi opponit anta-
gonistam: nullus igitur gladium
mei defensor educat, nec hanc
sibi causam Angeli tuendam
suscipiant: *Mihi debetur ista con-
gressio.*

Summo lepore dixit D. Bern.
graue perpendens monoma-
chiam inter Goliath, & Dau-
dem, cui soli huius certaminis
gloriosa seruabatur obtinenda
victoria: si namque Dauid dica-
tur *Manu fortis:* & Deus excel-
lenter sit manu fortis: Goliath
autem turris illa carnea, Philis-
tæus incircumcisus superbum
referat: illi soli qui brachio pol-
let omnipotenti, huius triumphi
gloria seruatur obtinenda. *Pre-*

1. Reg. 17.

D. BERN.
serm. Dom 4
post Pent. de
Dauid &
Goliath.Math. 17.
& 21.

huius

huic, tolle, & iactate in mare, de
superbia dixit: q. d. tanta fides,
tanta potentia, supremum adeò
dominium requiritur ad vnus
superbi subuersionem, sicut ad
montis depressionem vel elatio-
ris collis humiliationem.

O peccatum, quod te tantum
effers in Deum, vt ipse descen-
dat in arenam tecum confli-
tus, ipse tormenta dirigit ænea,
quibus te confodiat, quis de te
non toto fugiat conamine?
Quis, ne Deus ab anima fugiat,
superbiam in illam intromittat?
Audite quantum illam abo-
minetur; vt satis hoc euidenter
indicauit Psalmista David: *Pre-
tende misericordiam tuam scienti-
bus te: Domine, fac mecum mi-
sericordiam, & clementiam
tuam inuoco: vt autem hoc mi-
hi felici succedat omine: Non
veniat mihi pes superbia.* Quæro
vt quid pedes superbiæ magis
assignet quàm aliis sceleribus?
An forsitan ea sit ratio, quia nul-
lum est peccatum, quod tantillo
tempore coram Deo sistit ac su-
perbia? Dixisti. A mille namque
leucis si Deus superbum aduer-
tat, fugit ab illo, & nec momen-
to temporis adstare eum sibi
permittit. Ex Augustino prodit
elegans ista interpretatio. Ergo
ille exiit, cui venit pes superbiæ,
ostendit, quia adeò exiit. Oprabat
roto animo David, vniri se Deo:
*Mihi autem adharere Deo bonum
est: vt autē hoc assequeretur ob-*

secrat: *Non veniat mihi pes su-
perbia.* Ne patiaris me arrogan-
tiā inflari: quid enim hoc esset
aliud, quàm me à te repelli? Hinc
elicio dubij cuiusdam grauioris
enodationem. Quare David vocat
superbiam in singulari dum
agit de sceleribus damnatorum?
Superbia eorum, qui te oderunt, Ps. 73.
ascendit semper: cum ita sit, quòd
hic damnetur, quia dignitatum
est ambitiosus, ille quia huma-
no pollutus est homicida san-
guine: alter quia Veneris proles
impudica, alius vt latrocinii in-
famis: cur ergo loquitur ita vni-
uersaliter: *Superbia eorum, qui te
oderunt &c.*

Conceptum hunc illustret D.
Chrysol. pensat enim à Christo
prædestinatas beataque animas
ouibus comparari, reprobos au-
tem & damnatas hædis. *Statuet* Matth. 25.
oues à dextris, hædos autem à sini-
stris: hæc enim animalia petul-
ca sunt, inquieta, semperque
confliantia, quia sola sunt in
gregibus. *Hædi percutientes vel* D. CHR.
humero vel cornu. Licet autem Ho. 4 in
leones, vt si, tigrides aliaque ani- Imperf.
malia sint aptum reproborum VI.
symbolum, nullum tamen affu- Superbi
mit, nisi superba animalia: hæ- hædis
dos autem: aliquem quippe dam- comparan-
natum nemo meliùs quàm su- tur.
perbus expresserit. Horum igitur
vult David indicare infeli-
citatē; Dei sunt immemores,
ab illis fugit Deus, & ipsi ab eo
nec aptiùs potuit illos describe-

Ps. 35.

V.
Superbos
Deus longe
à se repel-
lit.

D. AVG.
Tract. 25. in
Ioann. ad si-
nem.

Ps. 72.

re, quàm sub nomine superbo-
rum: id est, quasi damnati, &
à Deo eliminati.

Hoc D. August. profecutus est
in illa parabola à Christo propo-
sita de Patrefamilias conuocan-
te populum ad genialem opi-
paramque cœnam, in quâ suâ
voluit dare liberalitatis indi-
cium. Notat autem primum qui
se, ne veniret excusauit, eum
fuisse qui villam emerat, *Villam
emi.* Dominus sum subditorum,
mihi integrum non est accepta-
re coniuiuium illudque frequen-
rare. Hoc ergo tibi sit explora-
tum, inquit D. August. quod
mundano huic alligatus honori,
quia subditis potest imperare,
ita corde superbus intumescat,
vt diuinas respuat epulas; nec
enim vnâ considerare queunt
mensâ vnoque vesci ferculo
Deus & superbus. Ingenium il-
lud Ecclesiæ prodigiosum audi-
te: *Habere enim villam, tenere,
possidere, homines sibi in illa sub-
dere & dominari delectat, vt vi-
tium malum, vitium primum. Pri-
mus enim homo dominari voluit,
qui Dominum habere noluit.*
Tandem concludit: *Inuenta su-
perbia venire noluit.* Ad lapsum
alludit Adæ, notatque qualiter
temerarius à Deo discedens, re-
iecto obedientiæ iugo, & animi,
quâ tenebatur, submissione, ad
altiora se extollens, se inter den-
sissimas arborum umbras para-
disi fugitiuus abscondat, illa-

rumque umbris sibi quærat um-
braculum. Quare? *Cuius faciem
quasi inimici timuit post pecca-
tum?* Benignissimum Dei vul-
tum videre exhorruit, quasi sibi
versus esset in inimicum; & ve-
tus amicitia in iustissimam indi-
gnationem: fugit etenim videre
præsumptuosum, & hic simili-
ter Deo terga vertit absconden-
dus. *Cuius faciem &c.* Equani-
miter tulit Christum diabolum,
duo de gula & vana gloria præ-
lia sustinuit imperturbatus; por-
rò in tertia tentatione eò vsque
temeraria, vt propriæ immemor
vilitatis à Deo postuleret ado-
rari, de se procul eum abiecit
hoc vnico: *Vade Satana.* q. d.
Quamuis in malo pertinax ob-
durescas, vt tenebræ luci con-
trarius, *Qua conuentio luci ad te-
nebras?* non idcirco te profu-
gum abiicio, & ad stare mihi
contradico lateronem: verum
linguâ hac cordis huius proden-
te superbiam, vlteriùs te non
patiar, pedes tibi sint quibus in
malas aues à me Apostata diffu-
gias: *Vade Satana.* Humana igi-
tur arrogantia (sic more nostro
loquamur) Deum remorata est
ne tempus occasione tantopere
votis omnibus exoptatæ desi-
gnaret, donec humillimam au-
diret Mariæ Virginis vocem:
Ecce Ancilla Domini: tunc au-
tem loco purpuræ suæ regali su-
perinduit vniuitque amictum
naturæ nostræ vilissimum. Mo-
dò

VII.
Superbus
repellit Dei
cœnam.

D. Avg.
De verbis
Domini
ser. 33.

2. Cor. 6.

Matth. 4.

Luce. 1.

dò non fugit ab homine Deus: quinimò in vna persona duas vnit naturas aded diuersas, vt sunt diuina illius, nostraque humana.

Discursus II. *Humilitas Virginis, vires ostentare suas potuit: talesq; fuerunt, vt manibus eius arma sua consignauerit Deus, dum in mysterio Incarnationis se illi captiuum tradidit, hominumq; factus est Redemptor.*

AB orbe condito nullum reperire est humilioris actum submissionis quam fuerit hic purissimæ Virginis: hæc etenim plena gratiâ, Spiritu S. repleta, dignissima SS. Trinitatis sedes, stellis cæloque sublimior, se prona demittit, inclinât, & in terram vsque cernua prosternit: efficax sanè motiuum, quo Deus naturam induat humanam: vacuos namque cernens in terra, replet illos, non inferiori alio quam seipso. Hunc ego conceptum ex mellisuo suxi Bernardo: hic etenim ductâ metaphora à canalibus, per quos deducta defluit, & dirigitur aqua: & si quid in illis medium occurrat, fluxum eius impedit, suspendit, perturbat, alioque deflectit; vel tubi nimio diffringuntur impetu: sic loquitur: Progenitores Christi canales fuerunt per quos

uenturus expectabatur: sed interiectâ terræ massâ fluxus hie fontis verbi suspenditur: *Fons sapientia Verbum Dei de excelsis.* Donec Mariâ ab omnibus expeditâ, tantumque euacuatâ humano generi Deus transitum inuenit liberum & imperturbatum, vnde & toto aqua defluxit impetu saluberrima. *Ided fluente gratie* (verba sunt D. Bern.) *tanto tempore defuerunt: quia nondum interuenerat aqua ductum; aqua ductum istum intelligo humilitatem Marie.* Dicentem non audio: eius fides, obedientia, spes; sed humilitas, demissio; hæc quam in Maria notauit, iuxta propriam suam ætimationem, eò vsque illum deuinxit & attraxit. Muræculas aureas addamus verbis D. Bern. ex doctrina Doctoris Angelici. *Humilitas præcipua est virtutum; Per modum remouentis prohibi-*

ium: & sic humilitas primum locum tenet, in quantum scilicet, expellit superbiam, cui Deus resistit, & præbet hominem subditum & patulum ad suscipiendum influxum diuina gratie.

Tale dedit in Exodo præceptum Deus de altari sacrificio- rum quæ in diuinæ eius magnitudinis protestationem libabantur, *Vt non solidum esset, sed inane, & cauum intrinsecus.* Altare inane: Domine? siccine diligis facilia & leuia, vt etiam in ipsis altaribus pondus omne reiciat?

R Non

D. BERN. *In Natiuit. Virg. Ser. de aqua ductio.*

D. THOM. *2. 2. q. 161. a. 5. ad 2.*

Exod. 27. I. Altare hoc locausti signat Mariam.

Non altare spectabat hæc cura materiale, ex rudioribus compositum lapidibus; sed symbolum erat hoc & figuracium Mariæ, quæ luculentissimis præfulget erecta virtutibus: vt autem teneretur acceptare oblationes & desideria quæ in cælesti illo altari videret dedicata; profundissimâ illam cumulat humilitate, & inane tantum collocat, vt nullum in pura creatura maius possit inueniri.

Ex præmissis infero secundam SS. Trinitatis personam fore incarnandam. In Prouerbiis lego Salomonis: *Vbi autem est humilitas, ibi est & sapientia.* Si sapientiam oporteat venire de cælis in terram (attributum hoc est filio Dei proprium) non est cur diutius inquiramus, vbi locum sibi sit electura: cor etenim omnium humillimum, gratissimum illi est habitaculum. *Ibi & sapientia.* Mirabilem nobis huius figuram exhibet Ionas: furiosis impugnatur turbinibus naus quâ profugus à facie Domini vhebatur: iam ad ima deprimebatur, iâ ad sidera vsque sursum attollebatur: sed quamprimum Ionas in turbulentum hoc mersus cecidit elementum: statim à feruore suo cessat, & mitescit: iuxta illius vaticinium: *Tollite me & mittite in mare: & cessabit mare à vobis.* Nomen Maria, vt prælusimus, mare significat: nec enim sanctus est in illo guttarum nu-

merus, quantus in Maria virtutum, & gratiarum. Diuinum hoc turbatur mare: *Turbata est,* ex eo quòd ab Archangelo Gabriele matris Dei vocabulo cognominetur, illa quæ sibi fore quid magnum persuadebat si digna assumeretur ancilla Domini. Sic ingeniosè notat Eusebius Emislen. turbari Mariam non ex conspectu Angeli in suo cubiculo, nec cælestium spirituum proxima præsentia: cum quibus vt eorum Regina, familiaris erat illi conuersatio, & communicatio: sed ex laudum suarum auditio- ne: verè namque humilis non tantum terretur ex fulgidissimis & immortalibus substantiis, licet natura sua terrestri aded dignioribus, quantum in vultu rubore confunditur, ex verbis, titulisque quibus extollitur. *Turbata est in sermone eius* (inquit ille) *non in vultu eius, sed in sermone eius: non enim Angelum, sed verbum Angeli attendebat.* Turbatur aqua, turbationem aduerto in eo quòd tanto honore cumuletur, vt mater sit & mater Dei. Demittit se Maria ad sui ipsius cognitionis profundum. Vt igitur Pater cælestis tempestatem vidit in virgineo illo pectore commotam, cogitationes eius humillimas, ex se dimittit, licet cum illo remaneret, charissimum sibi filium, eumque in castissimis eius reponit visceribus incarnandum: itaque tota Ma-

III.
Maria ex
humilitate
turbatur.

Prou. II.

II:
Allegoria.

Iona 1.

riæ sublimitas, in hac sui ipsius latebat depressione: nec enim alius superest gradus, quo Deus mirabilia operetur, quam se nihil reputare. Nemo dixerit hoc elegantius ipso D. Bern. Acute satis perpendit, quòd Virgo pudicissima audita Archangeli legatione turbata sit: & duas offendit hinc difficultates. Vnam illicò declarat: *Quomodo fiet istud? Mater & virgo: secunda verbis his includitur: Ecce ancilla Domini.* Quòd cum in oculis suis censeret se creaturam omnium abiectionissimam, ad tantam tamen inuitaretur extollenda dignitatem. Primæ satisfacit Angelus, dum ait: *Spiritus S. superueniet in te.* Manus Spiritus S. omnipotens tam singulari te dotabit priuilegio, vt cælesti fecunditate grauida, digniori quàm ante, sis virgo puritate: dum vna alteri perfectio maritata splendescit, matris dignitate virginitatem in nullo obfuscante, quin potiùs nouo superaddito splendore adornante.

IV. Quoad secundam difficultatem, respondit: *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Notat igitur D. Bern. quòd quotiescumque Deus hominibus secreta quædã reuelauit singularia, vel ipsis insolita raraque contulit beneficia, illos cælesti quodam fauore quasi extra se rapuerit ecstáticos; vt liquidò patet in orbis totius Magistro D. Paulo: qui raptus

in tertium cælum, ignorabat ipse, vtrum anima corpus sibi socium deseruisset vel non, pro illo saltem tempore: *Sive in corpore, sive extra corpus, nescio.* Sic igitur vrget argumentum: eùm igitur tanta sit tamque singularis illa lux, quâ Deus illustrat animam, corpus, potentias & sensus Mariæ, tantumque gloriæ pondus; quomodo voluntatem relinquit ita liberam, intellectum aded clarum, memoriam aded præsentem, quietos aded sensus, aded sedatos, vt sibi sit ita præsens vt responsum dare possit & consensum? His omnibus satisfacit illo: *Obumbrabit tibi.* Non me sed ipsum audite: *Virtus non mea, non tua sed Altissimi: nihil itaque mirum, si sub tali umbraculo, talis etiam à muliere sustineatur amictus.* Virtus Altissimi obumbrabit illam, vt mulier totum possit sustinere solem incombusta. Vtteriùs, quænam est hæc umbra? rara profectò humilitatis SS. Virginis exaggeratio: in eo scilicet, quòd Spiritus S. Virginem instruxerit, quòd in sui abiectione, paruaque æstimatione (hæc illa est umbra, ab ipso Virgini communicata) tanta caperetur altitudo, illique suprema matris Dei dignitas iuniteretur.

Hoc verbis exponamus præclarissimis D. Gregorij Magni. Dum arca fœderis de domo transferretur Obededom ad Regis

D. Bern.
Ser. sup. s. d.
gnum mag.
de verbis
Apoec.

gis Dauid palatium & arcem Sion, Dauid reiecta regali maiestate & auctoritate coram illa toto corpore, totoque animo latus subsiliit. Illum miratur D. Gregor. & alloquitur: quænam hæc ô Dauid tua sunt studia? Principem esse & choreas ducere? Omnium Dominum & omnibus humiliorem? quæ conuentio grauitati Regiæ cum gressuum numeratione more histrionum? Reassume purpuram, tempora cinge diademate, & magnates conuoca tibi stipatores. Attende, quod tota curia oculos suos ad arcem non reflectat, vt illos ad te deflectat tripudiantem talique distentum exercitio tuæ quàm maximè personæ repugnante. Illo tuo in peccatore non nisi magnanimæ nutriuntur cogitationes, & facinoræ egregia brachio isto obtenta robustissimo. Ne nos verba D. Gregorij prætercant: *Quem enim non extolleret ora leonum frangere, urforum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi: reprobato rege ad regni gubernacula ungi: timendum cunctis uno lapide Goliath sternere: à Rege proposita, extinctis Allophylis numerosa præputia reprobare: promissum tandem regnum percipere: cunctum Israëliticum populum sine vlla contradictione possidere? Quid igitur mysterij ad illa illa humilitatis in se comprehendit? infigne. Aures arrige. Coram*

Deo egit vilia, vel extrema: vt illa ex humilitate solidaret, qua coram hominibus gesserat fortia. Quid de eius factis ab aliis sentiantur, ignoro. Ego Dauid plus saltantem stupeo quàm pugnantem. Pugnano quippe hostes subdidit: saltando autem coram Domino, semetipsum vicit.

Præclara gesserat Dauid stragemata, spectante toto populo Israëlítico: voluit illis coram Deo robur addere & extollere: quid egit? non ignorabat humilitatem magni fieri apud Deum, & à tota cælesti Curia; hac igitur via, seipsum scilicet humiliando, perfectionem gestis suis dare voluit insignioribus. *Quid de eius factis &c.* Lanceâ prosternit exercitus, gladio regni sui statum confirmavit, & volubilem constanti clauo fortunam asseruit. *Vt illa ex humilitate solidaret, qua coram hominibus gesserat fortia.*

Hæc illa virtus dignitates Virginis solidauit altissimas, illamque diuinæ coniunxit Maiestati. In his mihi fauet singulari conceptu Rupertus, atque idem esse hodiernum ex Evangelio: *Ecce ancilla Domini*, quod olim dixerat in Canticis. *Osculetur me osculo oris sui.* Idem fuit esse ancillam, & Deum habere filium: & huic aliud adiungatur: *Osculetur me osculo; & Ecce AN-RUPERT.* *cilla: nonne sunt eiusdem ponderis? Siste gradum, Doctor egregie,*

V.
Dauid per
humilitatem
sua solidauit
facinora.

D. GREG.
L. 27. in Iob
c. 26.

Luc. 1.
Cant. 1.

L. 1. in Cant.

gie, nec enim vlla mihi inter hæc duo videtur conuenientia: *Osculetur me: & Ecce Ancilla:* Illud nodum inuoluit satis difficilem, & strictam admodum vnionem: hoc autem subiectionem, demissionem & seruilem dicit reuerentiam. Nullus hoc reprehendat: tanto namque Deus humilem amore prosequitur: vt profundissimam aduertens humilitatem, qualis in Maria commendabatur, statim se illi filium tradiderit: ad vnum etenim: *Ecce Ancilla*, quid sequeretur nisi vnum: *Osculetur me?* Idem comprehendunt, continent, appendunt, vnoque prædicamento concluduntur.

VI.
Maria nobilis eligitur vt se humiliaret.

Singularem omnino rationem assignat eius cliens deuotissimus ac proinde magnus, magnus, inquam, Albertus, cur Deus Virginem secundum carnem regali prosapia, & stemmate procreauerit perillustri: vt haberet nempe quo descenderet sequè humiliaret: si namque mons corruat & decidat, profundius se demittit quàm valis, quæ semper in humilioribus versatur, & vel parum mons potest exaltari. Nobilis sit Maria & sublimior, vt habeat vnde se demittat, & seipsam Deo submittat. Habes cum loquentem.

ALBERTVS
MARIAL.
de domo
David.

Beatissima Virgo fuit profundissima humilitatis: ergo debuit esse summa nobilitatis, & dignitatis.
Insignis planè dignaque tantò

ingenio consequentia. Et inter sexdecim rationes cur desponsata fuerit Ioseph hæc vltima producit: quia tam strictè dignitati sociatur humilitas: si namque Virginem Deus elegit quia humilis, in matrem; primò illam despondet viro humili, operario, fabro Iosepho, licèt nobilissimo, vt sibi conueniant altum & humile, cælum & solum, domina & ancilla, mater Dei & sponsa viri abiectissimi, sortisque infimæ. *Vt matris* (sic prosequitur) *dignitas humilitati societur, vt quanto maior sit in omnibus, tantò fiat humilior, vt sit mater Dei, & uxor fabri.* Coronidem argumento præfatus imponat Doctòr, tenerrimus Mariæ studiosus. Inquirat quibus occuparetur exercitiis Virgo cælestibus, quando Gabriel adfuit diuinæ nuntius gratiæ, quibus eodem momento diuinus amor ex vi efficaci per Mariam illata mouebatur? Et supposito duas esse vitas, seu alas, quibus anima volat: actiuam vnã, contemplatiuam alteram: cui ex illis se studiosa impendebat? Concludit, quòd ab actiua inceperit seipsam humilians, & eodem tempore ad Deum vsque sursum ascendit. Refert autem quod dum Deus veteres Patriarchas & Prophetas cælestibus honoraret reuelationibus, illi còtinuò se ad terram vsque prosternerent, quasi

VII.
Idcirco etiam fabro lignario desponsatur.

ALB. MAG.
circa: Despons. viro.

hac ceremonia se ad ampliora
disponerent. Phrasis quoque est
S. Scripturæ frequentior. *Cade-
bant in terram*; de Abraham hoc
enuntiatur, quando Deus illi
feminis promisit multiplicatio-
nem. *Cecidit Abraham pronus in
terram*. Ezechiel spectator factus
similitudinis cælestis gloriæ.
*Hac viso similitudinis gloria Do-
mini: & vidi & cecidi in faciem
meam*. Ut enim eos Deus con-
spexit in terram prostratos, ad
digniora censuit illos assump-
sitque capaciores. Hæc eius de
promo verba. *Quantò magis ani-
ma eleuatur in cognitione Dei,
tantò magis descendit in humili-
ationem sui: & sic patet quòd de-
scensus per humilitatem non im-
pedit ascensum per contemplan-
tionem*. Eminentissima Aquila
Maria: etenim volando in co-
gnitione diuinæ magnitudinis,
& alas demittendo in humanæ
cognitione infirmitatis ad cæl-
lum vsque pertingit, & ineffa-
bili prorsus modo, ea coope-
rante, in vnã personam conue-
nit verbi, Deus cum homine, &
homo cum Deo.

Gen. 17.

Ezech. 2.

ALB. in
MARIA. cir-
ca: In quo
actu erat
Virgo.

Discursus III. *Deus factus est
homo, vt homines per amo-
rem ad se traheret, quos ti-
mor inuaserat: in B. autem
Virgine timor hic tollitur:
idcirco legatum illi mittit
Nazareth ad eius patriam.*

Archiepiscopus Rauennas
& subtilitate ingenij spe-
ctatissimus Petrus Chrysol-
ogus, eloquentissimis ac solidissi-
mis rationibus præsens assumit
ore suo aurium celebrandum
argumentum: notatque Dei ti-
morem sic totum occupasse
prius vniuersum, vt tota mundi
machina ad ruderã & integram
tenderet rea destructionem. *In
cælo diuinus splendor prostrauerat
Angelos, in terra tonitrua & flumi-
na corda mortaliũ quassabant*. Su-
perbos Angelos è cælo detur-
bavit: & in terra, daturus popu-
lo suo legem, quem ex reliquis
hominibus sibi ex amore sele-
gerat, signa præmisit terrifica,
fulgura, tonitrua, tubarum re-
boatum, nubiumque caliginem.
*Ceperunt audiri tonitrua, ac mi-
sere fulgura* (sic S. eloquium)
*& nubes densissima operire mon-
tem, tantoque cuncti timore
percelluntur attoniti, vt grega-
tim Moysen ducem accesserint
supplicando: Loquere tu nobis, &
audiemus: non loquatur nobis Do-
minus,*

D. PETR.
CHRYSOL.
ser. 147. de
Incarnatio.
Sacramento.

Exod. 19.

Exod. 20.

minus, ne forte moriamur. Terret nos Dei vox, nobis per interpretem loquatur: vnde repidus illos amor habebat, timor autem multus. *Amare non potest, qui satis timet* (prosequitur ille.) *Hinc est quod mundus perire maluit quam timere, pauore mors ipsa lenior*: Non ita terribilis appareret oculis nostris ipsa mors, quantumuis terribilis, vt pauor quando modum excedit, & inter alia confirmationis argumenta hanc profert historiam. Profugus & oberrans per auia & denia timens sibi à Regina Iezabel Elias fugiebat: hæc enim in necem eius coniurauerat: vt vecors fugam inijt vnus potentioris & offensæ mulieris reformidans furorem: erat etenim vt subarra inter tot delicias & beneficia à diuina manu sibi collata ne vanæ gloriæ agitatus turbine ad ima demergeretur. Syluam ingreditur condensam, cuius arborum expansi implexi- que rami vmbra illi præbebant securam: hic ad vmbra se prosternit iuniperi, & animo deficiens supplices ad sidera palmas extollit, mortemque sibi adsciscit. *Petiiuit anima sua vt moreretur*. Quis hoc non miretur, vt mortem fugiens, ipsam eodem tempore sibi mortem aduocet: non quod mori desideret, sed quod timeat? ex quo terminos loquendi inuertit, indicans minus inconueniens & tolera-

bilis mori absque formidine (etenim ex conscientia sua securus erat) quam cum timore vitam ducere lamentabilem. *Elias ille, vbi sensit toto se timore aspergi, repetebat quam sat agebat mortem, melius existimans morti succumbere, quam timori*. Nec silentio prætereamus elegantiam alterius oris aurei D. Chrysostomi, qua dubium hoc obicit & soluit. *Quid sibi vult ista quaestio? si mortem meliorem mærore credebat, quare & patriam & populum, ne mortem incurreret, reliquit & fugit? quomodo autem mortem quam tunc fugerat, nunc requirit?* Respondet. *Vt videas hinc etiam maximè, quomodo morte peior est mæror.*

Suâ igitur Deus motus bonitate & clementiâ, nolens mundum interire, humanam reiecit naturam ex tanto timore fragilem, mores immutat, antiquum inuertit ordinem, & in nouum conuertit, intenditque hominem pellicere amoris illicio. Audite D. Pet. Chrysol. *Videns ergo Deus mundum labefactari timore, continuo agit, vt eum amore reuocet, inuict gratiâ, charitate teneat, & confringat affectu*. Nec manu mittamus singularem hunc patrem conceptuum, & in medium proferamus eum, qui ceteris caput altius attollit in hac materia. Primum Christus miraculum operatus est in nuptiis in Cana Galilææ. *Confideremus*

D. CHR.
Ep. ad O-
lymp. que in-
cipit: Es cor-
bat mortem, melius existimans pora: parum
post initium

D. PETR.
CHRYSOL.
vbi supra.

I.
Timor pe-
ior morte.

3. Reg. 19.

II.

Aqua mutatur in vinum & timor in amorem.

deremus (monet D. Petr. Chrysol.) Christum pacificè & quietè mensis accumbentem hominum, & perpendamus mirabilem agendi modum quo sua patrat mirabilia, quatenus ex hoc eius primicerio quis sit agnoscat. Et quale illud obsecro? Mutatio aquæ, quæ in nuptiis abundabat, in vinum, cuius inopiâ laborabant. Quis ignorat aquam frigidam, timorem indicare & frigiditatem? Timore mundus totus friguerat: porro ex aduentu Dei in mundum aqua in vinum transmutata est, timor in alacritatem & amorem, ita Laurent. interpretatur in sylua: *Aqua in vinum mutata est, timor conuersus in charitatem.* Quocirca vt homines in eum credere incipiant, sicut tunc temporis discipuli: *Et crediderunt in eum discipuli eius: quatenus eius gloria clariùs innotescat: Et manifestauit ibi gloriam suam: & securi sint quòd eos omni suscipiat benignitate, & sequantur illum qui priùs ab illo territi fugiebant; congruenter exordium sumit à conuersione aquæ in vinum: etenim timorem præteritum in amorem conuertit præsentem.* Vnico verbo dicat hoc D. Petr. Chrysol. *Denique ubi aqua mutauit naturam, mox patefecit auctorem.* Mutat aqua naturam suam & qualitatem imperante Christo: mutat ergo conditionem, & de-

licii ac blanditiis trahit patris eos, qui in eo tantum Domini maiestatem attendentes timore perculsi recedebant, suique clariorem, quàm antè solebat, infundit notitiam. *Suum patefecit Auctorem.*

Hinc luceat accipiunt verba illa Canticorum, quibus innuitur quòd Deus nostrâ se coronauit ac honorauit naturâ eam sibi sic vnies. *Egredimini & videte filia Sion Regem Salomonem, in diademate quo coronauit illum mater sua.* Sic enim interpretatur illud Doctor Angelicus. *In D. THOM. diademate, id est, in carne, qua coronauit eum mater sua.* Et D. Gregor. Magn. *Mater Christi beata Maria esse creditur, quæ coronauit eum diademate: quia humanitatem nostram ex ea ipse assumpsit.* His addatur obsequentissimus discipulus D. Bernard. Abbas Gillebertus. *Felix caro quam sibi Christus, non quasi carcerem, sed quasi coronam assumpsit.* Caro nostra Deo fuit honoris argumentum, thiara summi Sacerdotis, & corona Regis: & concesso quòd in carnis nostræ assumptione se Verbum humiliauerit: atramen illam appellat coronam & diadema gloriæ: quia vt iam erat Deus vnum quid cum homine; honor Dei, honor erat hominis: vnde factus homo, homine se Deus coronat: & sicut ipse caput est, ex eius gloria membra participant.

Sed

LAVRENT.
SYLVA.
Allegor.
Verbo: Aqua

IOAN. 2.

D. PETR.
CHRYSOL.
ser. 157.

CANT. 3.

D. GREG. in
CANT. c. 3.GILLEBER.
ser. 20. in
CANT.

Sed cum ipsa eius Incarnatio (sic D. Gregor.) verè gloria nostra fuerit, quia membra eius sumus propter communionem corporis: diademata membrorum bene capitæ scriptura prædixit. Hoc est quod S. docet Theologia, communicationem hęc inueniri idioma- tum: etenim in hoc mysterio Catholicè dicitur: Deus mortuus est, passus est, quæ proprietates sunt humanæ naturæ: & de hoc homine dicitur: immortalis est, omnipotens, æternus, infinitus: proprietates sunt hæc diuinæ conuenientes naturæ: quia sibi mutuo sua communicant prædicata, habetque Deus nouum esse quod ante non habebat, manens attamen immutabilis, nullaque facta in ipso mutatione, & naturam scilicet humanam sua priuatam hypostasi, quam diuina terminauit hypostasis; tantum autem abest, vt Deo in hac demissione & humilitate quidquam decre- scat: quinimò eius amplius ac- crescit dominium. Vterius, Christus tantum vt Deus no- uem habebat choros Angelo- rum in gloria sua solus residens: nunc autem singulari titulo Rex adoratur Angelorum & hominum: eo sensu explicat Ru- pert. illud Isaïæ? Si posueris pro peccato animam suam, videbit se- men longeuum, quod de Chri- sto intelligit. Considerauit enim ut verè sapiens quòd non paruo

cum fructu deberet mori. Quem dum Isaïas infantem confide- rat, sic ait: Paruulus enim natus Isaï. 9. est nobis. Ne verò quis aliquã in Deo suspicetur iacturã, imò potius dignitatis eius crederet in- crementum, in quantum iam quid amplius haberet & cogni- tionis, & amoris incentiuum: huic verbo Paruulus immédia- tè subnectit: Multiplicabitur eius imperium.

Explicet illud nobis philoso- phus, quo sæcula non viderunt subtiliorem: sapientiam enim hanc illi Virgo Beatissima vt po- te seruo deuotissimo infudit: nostrum intelligo Magnum Al- bertum: quem adducit Cardina- lis Georgius, ad illa verba Psal- mi 8. Gloria & honore coronasti eum. Agit de circulo quodam circa solem, qui dicitur Corona solis. Ita vt ex opinione Astrolo- gorum planeta hic pulcherri- mus coronã eius esse videat- tur; ait ergo circulum hunc esse vaporem quendam seu exhalationem de terra exurgentem: huius circuli causa efficiens, aër est purus & clarus qui huic se vaporì imprimit & in- uiscerat. Aër luminosus in ipso re- ceptus. Explico: sol Christus est, corona sacratissima eius huma- nitas, vapor diuinus, exhalatio terrestris ex purissimo Virginis illibatæ sanguine: causa effi- ciens, lux est & aër Spiritus S. luminosus: hanc igitur coro-

IV.
D. Virgo
corona est
solis.

III.
Deus ex
humanita-
te honora-
tur.

Isai. 53.

RUPERT.
l. 2. de operi-
bus Spiritus
S. To. 2. c. 2.

Psalm. 8.

nam magnificere potest Deus & congruè de illo cantare Psalmitta: *Gloriâ & honore coronasti eum.* Et Salomon Davidis filius: *In diademate, quo coronauit illum mater sua.* Hanc Maria inelyta coronam hodie Deo imposuit: elegantem proferamus phrasim, qua gloria & corona quoque Mediolanensium D. Ambros. illud explicat. *Hoc ipso, quòd ad omnium salutem eum concepit & peperit, coronam capiti eius aeterna pietatis imposuit.* Vt autem hoc apertius exponat, adiungit. *Coronauit eum, quando generauit.* Deum Virgo concepit, ergo coronauit Virgo Deum, optima consequentia: vnum ex altero sequitur: quia eum parere, & coronare, conuertuntur. Conceptum hunc magis adhuc elucidans Illustrissimus noster Cardinalis Caieta. sciscitatur: Cur Deus factus non est homo in cælo, descendens inde nostra vestitus mortalitate atque ex illa gloria venit nostra coronatus carne? An potuit hoc agere? Nemo dubitat. Cur igitur non fecit? Quia in terris degebat Maria, quæ illum erat in cælestibus suis visceribus coronatura vt ex illis egredienti fidem vt Regi legitimo homines adiurarent: idcirco vsus est Christus illo termino (sic indicante præfato Auctore) *Descendit. Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis*

CAIET in
c. 3. Ioan.

qui est in cælo. Dicatur ergo: descendit coronandus carne nostra: quia in cælis non est illa mater cuius dignitati meritoque seruatum est tale privilegium. Et descendat in terram: *Quod quia in terra ubi erat Mater, factum est: vitur merito hoc verbo, descendit.* q. d. Maria an modò non est in terra? ergo non vult Deus in gloria coronari; verior etenim est gloria, seu cælum ipso cælo empyrio, venter eius purissimus & virginalis.

Modò capio verba D. Bernardi, quæ vsque modò non le-
uemi mihi attulerunt difficulta-
tem. Pia mentis suæ considera-
tione gressus insequitur para-
nymphi Gabrieli caelesti fun-
gentis legatione. Aduertit quod
illos dirigat, virtutemque suam
applicet (hæc etenim est Ange-
lorum profectio) ad exiguam
admodum urbem Galilææ, famâ
modicâ celebrem, nempe Na-
zareth: nam idcirco dixit Na-
thanael: *A Nazareth potest ali-*
quid boni esse? Indicans autem
D. Bernard. paruam nos de par-
ua concipere opinionem, & in
hominum oculis nullius esse æ-
stimationis, quæ tantæ tamen
coram Deo habebatur, hanc su-
peraddit honoris auxilium. *Si*
nouit cælum, nouit & Nazareth.
Si Deus cognoscit magnique
faciat cælum, etiam cognosceret,
magnique faciet Nazareth: quia
hæc in eodem video comprehendi
laudatur.

V:
Nazareth.
laudatur.

Ioan. 4.

D. BERN.
serm. 3 de
Annunt.

hendi prædicamento. Quamnam igitur (ô Doctor dulcissime) inter vtrumque convenientia? Cælum est Angelorum habitaculum, in quo Deus anam suam celebrat, & in cuius conspectu sunt illi qui facie ad faciem illum beati contemplantur: cælum locus est, quem suæ magnificentiæ ostendendæ elegit theatrum: in quo suam electis spectandam præbet pulchritudinem, de quibus dicitur: *Regem in decore suo videbunt: quid plura? gloria est, & Status omnium bonorum aggregatione perfectus.*

Isai. 33.

Nazareth, si quidem ciuitas: quia eam incolunt mortales, pagus est rusticorum; quomodo pari pede progrediuntur, ut dicas & verum dicas: quod si *No- uit cælum, nouit & Nazareth.* Iam manifesta redditur solutio. In Nazareth an non moratur Maria? an non patria est huius eminentissimæ Reginæ? Hoc igitur sufficit, ut melior sit cælo Nazareth, capacitate maior & aptior, ut in illa patefaciat Deus quis sit: vnde non in cælo se coronat: locus etenim est nimis angustus, spatium nimis breue: bene quidem in visceribus Mariæ: quod spatium locusque est sufficiens, satisque amplus: dicatur ergo si: *Nouit cælum, nouit & Nazareth.* Per hoc titulo respondeo nostri discursus: Sicut enim in Maria & per Mariam

se Deus homini ad eò contemperauit, idcirco adest Angelus turbatam Virginem à timore recreans: *Ne timeas Maria.* O Domina, in te metus aufertur, per te mortales discunt non pauere, iam Deum non audiunt tonantem, sed gementem, non spicula vibrantem furoris sed amoris sagittas ardentissimi.

O ter maxima Regina, tibi plurima debet humanum genus, hodie debito constringitur quod nullam patitur solutionem: seruus tibi sit homo obstinatissimus, utpote de manu tua factus excelsus & de humanæ suæ naturæ vilitate ad diuinam sublimatus celsitudinem: etenim ad verba tua feruentissima, linguam dulcissimam, efficacem consensum, tuum *Fiat* omnipotens, homo ad esse diuinum extollitur, & Deus ipse licet à sua non decrescens magnitudine, ad humanam tamen humiliatur per carnem suam abiectionem: de qua quia decus & ornamentum est Mariæ, sibi vestem con- sinit, & hæc inferiora gloriæ Rex ingreditur.

Discursus IV. Tantum Angelus venit ad Virginem: Virgines enim Angeli sunt, & cum illis ipsarum sit conuersatio. Tractamus de solitudine mulierum, que columna est virtutis earum coram Deo, & auctoritatis coram hominibus: in quibus, sicut in omnibus purissima Virgo magistra præcelluit.

Virgines & castè viuentes hoc nomine & titulo hominum nemo recenseat; ab hac eas regula excipio: superiores etenim tota humana natura illas censeo: non illas seruos considero vt filios Adam, sed dominos, in Angelos transformantur, atque vt tales possunt & debent cum gaudio terrena omnia, & cum creaturis conuersationem, quibus à Deo diuertuntur, aspernari. Excellentissimæ Ducissæ Toscaniæ Beatrici piissimæ Domine; cuius maritus Dux illustrissimus, & ipsa quoque, pari consensu continentiam obseruabant, in carne sine carnis inclinatione viuentes; litteras dedit S. Petrus Damianus Cardinalis & Episcopus Ostiensis: aitque: Hoc mihi est exploratum, quod antea, quamuis Ducissa, famula fueris & seruitutis iugo pressa, nunc ap-

tem cultrix castitatis, domina sis, & ita familiæ tuæ caput, ac Dux ipse tuus maritus. Hanc Sanctus adducit historiam, quàm egregiè expendit. Differebat Abraham quamuis sæpe à Sara vxore rogatus, de domo sua Ismaelem exturbare; tamen enim erat illi proprius filius ac Isaac: Deus autem vt hanc notauit dilationem ait Abraham: *Omnia que dixerit tibi Sara, audi vocem eius.* Quærit Damianus: Quid hoc Domine? an in hac familia fortasse duo præsumunt capita? duo sunt qui præcipiunt? hoc enim non paruam pariet confusionem. Ordinarium est & decens vt maritus imperet. *Caput mulieris vir*: vt mulier obediat: hic ordo communis inuertatur, & Abrahæ Deus præcipit, vt Saræ mandatum exequatur. Respondet, Sara iam castitatem colebat, vt euidenter colligitur ex verbis eius, quibus Angelo filium illi semenque promittenti respondebat. *Postquam consensui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?* Mulieri igitur (inquit Deus) que se à licito quidem concubitu continet, seruatque continentiam, ipse maritus, qui ex iure vt caput imperat, de facto in cunctis obediat: propter hanc etenim virtutem à communibus strictisque regulis excipitur. Do eius verba. *Ecce cui prius Abraham imperauerat, &*

I.
Sara quia
castè viu-
bat, impe-
rat Abrahæ.

Gen. 21.

PET. DAMIANI,
1.7. Epist. 14.

Domi-

Dominus dicebatur : iam illi per castitatis meritum obedire precipitur, ut eius verbis iam in cunctis obediat, qui sibi prius tanquam Dominus imperauerat.

II.
Similiter Ioseph castitatem seruans, Dominus est.

D. Ambros. clarissimum Ecclesie lumen agens de continuo fortique impetu quo robustos castitatis Iosephi parietes quatitabat suis persuasionibus indefessa pellex vxor Domini illius scortum impudicissimum, in responsione qua pellicem a se repulit, ait S. Eloquium. *Et dixit ad eam. Vel ut ipse legit: Et dixit vxori Domini sui;* graue reperit in hac loquendi forma mysterium: satius fuisset, & compendiosius dicere; respondit Domine suae, quandoquidem talis ipsa erat, quam non *Vxori Domini sui.* Nequaquam (ait D. Ambros.) quamuis enim ex fortuna superiorem ipsa teneret locum & Ioseph inferiorem; impudicitia tamen illam ita depresserat, & Iosephum castitas exaltauerat: ut hic existens seruus, Dominus esset quia pudicus: ipsa vero famula, quia impudica. Nefas est nostra proferre verba, cum D. Ambrosio habeamus loquentem: *Recte vxor Domini, non ipsa Domina dicitur, quae non potuit extorquere, quod voluit imperare: nam quomodo Domina, quae dominandi non habebat affectum, quae disciplinam Domina non tenebat, quae seruulis libidinis incertina praesta-*

D. AMBR.
L. de S. Ioseph. 5.

bat? ille Dominus, qui amantis non accepit faces, qui lenocinantis vincula non sensit, quem nulla mortis formido perterruit, qui maluit liber criminis mori, quam potentia criminosa eligere consortium.

Virgo ita Domina est totaque nostra humana natura superior, ut notanter & eleganter dixerit D. Hieron. Illud explicans quod Dominus precepit Osee, ut non tantum verbis ambitet amans, sed re ipsa (modus hic est quo solitus erat suam Israelii declarare voluntatem) mulierem nonariam, lupam, matrem fornicationis assumeret in vxorem: notatur hic perampla Dei misericordia, & noxia sollicitudo, qua animas inquit peccatrices: & ait: *Homo cum vxorem accepit, de virgine mulierem facit, id est non virginem. Deu meretricibus copulatus eas mutat in virgines.* Hoc vltimum apprimè capio: aded namque potens & efficax diuina creditur potentia, medicinae eius aded fortes, manus illius aded sapientes; ut infirmus illis traditus de recuperanda citius sua valetudine sit securus; in ictu oculi Magdalenam omnis luxurie receptaculum, ipsis caelis reddidit sua virtute puriorem.

D. HIER.
Iu. c. 2. Ose.

In primo mihi mouetur dubium, quod dicat D. Hieron. *Homo cum vxorem accepit de virgine mulierem facit.* Quid hoc o Doctor maxime: an ergo puella

III.
Virginum gloria.

puella non est mulier? Afferit non esse: castitas enim eam statuit eminentiori: huius patitur iacturam per matrimonium: & ea quæ prius persona censebatur Angelica, conuertitur in humanam. Illa cuius erat cum spiritibus purpura, & polymitis indutis conuersatio, suam demittit dignitatem, inter homines amictu vilescens rudiori. Angelus erat, qui gradus est immediatus homineque superior. Exemplum habemus ex Philosophia. Incalescere ita potest aqua, & ferrum ad gradum ignis inflammescere, qualiter illud conspiciamus eductum de fornace, ut qualitatibus informetur ignis, & ut ille adurat, incendat, manibus resistat quæ temerariæ illud præsumunt attingere, quamuis in essentia sua & substantia ignis non sit. Vir siue mulier est quoad naturam Virgo: sed sicut per hanc virtutem fornacem ignis ingreditur Angelici: *Ministros tuos ignem vrentem*, ita proprietates induit Angelicas, & similis fit puris illis substantiis. Quod si hoc verum non sit: quid aliud obsecro, nobis indicat quod D. Ambrosius refert, de quadam Virgine, quam cum parentes inuitam vellent dare viro in uxorem, festina cucurrit ad Ecclesiam, & accedens ad altare manibus Aram sanctam apprehendit. Quam temeritate præsumis illud attin-

gere, vbi Seraphini contremiscent, quodque tantum intuiti de longè pauidi accedunt? Quam auctoritate manus extendis ad sacrarium, in quo fixa cruce Christus offertur sacrificium incruentum? Ne illam (precat D. Ambrosius) in proposito turbaueris: nec enim est temeraria præsumptio, non cæca audacia, non iniusta arrogantia, nec inflata superbia, quam reprehendas: hic etenim locus illi proprius est debitusque Virginitibus.

Ad cuius viteriorem confirmationem, attende quod D. Clemens Romanus virgines inscribat: *Altare Dei*. Et Optatus Mileuitanus describens altare, sic ait: *Quid est altare, nisi sedes corporis & sanguinis Christi?* Et Isidorus Hispaniæ Doctor: *Altare, id est, alta ara*. Hoc concessio, proferamus modò D. Ambrosius. *Quò enim melius virgo recurreret, quam vbi sacrarium virginitatis offertur? Nec is quidem finis audacia. Stabat ad aram Dei, pudoris hostia, viciima castitatis: nunc capiti dexteram Sacerdotis imponens, precem poscens, nunc iuste impatiens mora ac summum altari subiectans verticem. Veni o Virgo, veni o beata te oblatura: si namque tu ipsa sis sacrificium, viciima & holocaustum, hostia diuinis oculis accepta, si corpus tuum templum est, cor tuum ara, intra in templum,*

CLEMENS
ROMAN.
L. 6. Constit.
Apostol.
OPTAT.
MILEVIT.
ISIDOR.
Etymol.
D. AMBR.
L. 1. de Vir-
gine in fine.

acce-

accede ad altare, aram continge, nec sitas donec ad sacrarium peruenieris in quo Deus requiescit.

IV.

Vnde nouerint Angeli nomen Sarae.

Si igitur Angeli sint, suadet æquitas vt illi soli cognoscant & sciant, vbi viuant Virgines: quandoquidem ex eorum tantum conuersatione, & secessu à creaturis, thesaurus hic pretiosus conferretur illibatus. Conuenit ingenio D. Chrysof. subtilis hæc annotatio. Dum è mensa assurgunt iam passi tres illi Angeli quos Abraham vt peregrinos lautius exceperat, vt se Patriarchæ manifestarent eoque ipse agnosceret: ab eo percunctantur: *Vbi est Sara uxor tua?* Proprio eam nomine uocant, vt inde pateret eos esse gloriæ cælestis incolas. An ergo audiendo tantum, quod mulierem proprio nomine uocarent, sufficiens habebat argumentum ex quo cognoscerentur vt cæcolæ? Vtique: quia Sara tantopere solitudinem affectabat, & à tam paucis cognoscebatur; ex quo sapientissimam formauit illationem. Peregrinus qui domum meam ingreditur, & uxoris meæ nomen perspectum habet, quis credat eum esse hominem? Angelus est, non dubito: *Statim per interrogationem indicauit ei, quod non esset ex vulgaribus aliquis: quandoquidem & mulieris illius nomen sciuit.* Euidens est hoc argumentum, quod ille qui Sa-

D. CHR.
Ho. 41 in
Gen.

ra nouit titulum, cælestis sit oportet Angelus: etenim ipsa solo suo secessu cum illis continuo conuersatur.

Accurrit Magdalena uocata à Christo Berhanæ, vbi Lazarum à mortuis excitauit, dicente illi sorore sua Martha: *Magister adest & uocat te.* Accedit igitur ad Redemptorem nostrum eiufque pedibus amore flagrans ardentissimo prouoluitur, quasi iam in centro suo requiesceret. *Maria ergo cum uenisset ubi erat Iesus, cecidit ad pedes eius.* Illustrissimus Caietan. decus Ordinis nostri, curiosè satis animaduertit: Quomodo (inquit) ô Magdalena Christo affectuosissima. Seraphina flagrantissima: tu quæ eius uidentis moreris desiderio, non illum à longè conspicias pronaque adoras? Quid moraris usque dum propinqua eius conspectui oblata accedas? A longè decebat humilem exhibere reuerentiam supremæ suauissimi illius magistri celsitudinæ, cum te tam feruentem iactes eius discipulam: nam & ipse Iacob quàm primùm à longè conspexit uenientem fratrem suum Esau, septies in terram usque pronus fratrem adorauit. *Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.* Quænam est hæc, arguenda tarditas? Respondet Caietan. Tam demissis oculis Maria uenit usque ad locum,

Ioan. 11.

V.

Marthæ in oculis modestia commendatur.

Gen. 33.

CAIETAN.
2^a c. 11.
Ioan.

cum,

cum, vbi erat Iesus, vt non nisi proxima illi viderit eum. Rara profectio eius solitudinis commendatio; vt oculos non haberet quibus Deum ipsum intueretur, vbi illam possent homines intueri, sed tantum illos in terram desigebat. Quænam mala non orta sunt ex præteritis mulierum egressibus, animæ earum nociua & auctoritati? Quænam lapsa est solitaria? quæ se lucrata gyrouaga? *In lateribus domus tuæ*, describit Psalmista castissimam mulierem, conspectæ etenim occasionem frequenter præbent ruinarum obtutibus leuioribus, & appetitibus parum refrænatis.

Iam eminentissimam nostram tepero Reginam Mariam: etenim ad eius habitaculum soli conueniant Angeli, & non sit quin mihi dicat quodd ipsam recognoscerent vt superiorem & Dominam suam, etiam antequam mater esset Dei, ob solam virginalem pudicitiam, quæ in ipsa illos Mariæ subiiciebat: quin imò Bern. hoc asserit, de incorruptione corporis Redemptoris nostri in sepulchro per Davidem prænuntiata. *Non dabis sanctum tuum vide corruptionem;* quamuis fide Catholica teneamur confiteri principalem fuisse eius rationem, quia illi erat vnita diuinitas; hæc etenim nec corpus deseruit, nec animam; quamuis anima & corpus

in morte diuisa sint: porro D. Bern. solita sibi pietate adiungit, quodd formato hoc sacratissimo corpore in castissimis Virginis Mariæ visceribus ex carne aded sanctificata consequenter sequeretur incorruptibilitas. Ipsum audio loquentem: *Perdat sanè fœnum viriditatem, si Maria virginitatem amiserit.* q. d. An Christus filius non est purissimæ Virginis? Ergo pœnam euadet Incinerationis, quod Theologus explicat, non conuertetur in cinerem: lilium illud non videbimus in sepulchro emarcidum, nec communem subire hominum sortem, quandoquidem mater ceterarum mulierum sortem virginitate sua superaue-rit.

Iam ô Christiane, non habet Deus ampliùs quod agat: extremum exeruit potentia, sapientiam suam exposuit, cataraçtæ cæli apertæ sunt, & descendens vt imber sese in Maria conclusit, gratia & quidem tanta cumulata vt ex sua possit abundantia totam irrigare creaturam. Hoc mihi dixit Chrysol. *Gratia plenam, & verè plenam, quæ largo imbri totam funderet & infunderet creaturam.* Illi accinamus illud quod Rex Abimelech & eius optimates dixerunt Isaac: *Vidimus tecum esse Dominum, & idcirco nos diximus, sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus.* Amicitia fœdera iungamus.

D. BERN.
Ser. 35. in
Cant.

D. P. CHR.
Ser. 142.

Gen. 6.

Ps. 12.

Ps. 15.

VI.
Cato Christi non cõ-
putruit
quia de
Virgine na-
ta erat.

mus : quandoquidem illis sanctis cum homine illo, cum quo perspicuum nobis est esse Dominum, tantum regno meo bonum salutisque proueniat. Hodie ô Domina, fatemur omnes & videmus tecum esse Dominum. *Dominus tecum, ineamus fœdus.* Inter cœlestes illas capitalationes statutaque pacis perpetuæ conscribamus : quandoquidem in illis pax nostra comprehendatur. *Ipsa est pax nostra:* quo gratiam eius anima sibi conciliat & gloriam : *Quam mihi & vobis &c.*

(hæc enim omnia relucēt in Euangelio) mari portas apposuit, mysterium quod admiratus est Iob : *Quis conclusit ostiis mare ?* Mysterium hoc consilium est sæculorum quod in hunc effectum SS. decreuit Trinitas, prorsus incomprehensibile, commercium est valde familiare & pacificum inter Deum & hominem, cum vnus tantum distet ab altero, quantum Deus à creatura, & esse per essentiam ab ipso nihil. *Quis penetrabit mysterium sæculorum, gratiarum abyssum partum Virginis, consilium Trinitatis, incomprehensibile Dei & hominis commercium.* Ita Ioann. Carthuf. ad illud Canticorum : *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi :* contemplatus gaudium quo perfusus paranympus Gabriel reuertitur audito *Fiat &* habito consensu à suprema omnium Regina, in cuius conspectu aderat expectans responsum, eamque humiliter reuerbatur, reuertitur, inquam, ad cœlestes illos spiritus summo illos replens stupore. *Optato Virginis responso lat abundus Angelus Domini sedes subierat athercas, ut totus festiuus tanta nouitatis gaudia cœlestibus superiorum choris inueheret.* Addit doctissimus pater & piissimus Auctor : Si attendas angustias vteri locumque à Deo electum, angustus nimis eius celsitudini reperitur : verum si magnitudinem quam illi tribuit, inspexeris, conuenien-

Iob 38.
I.
Incarnatio maximum mysterium

IOAN. Pte.
Carthuf. in
Cant. I.

Additus. Discursus V. *Ex eo quod Deus hominem ex infimo creare cœperit elemento, non tantum se velut bonum communicauit, sed etiam oppignorauit futurum se hominem: etenim incipiens conferre beneficia, ex vno se obligat ad aliud, nec sistit donec tradat seipsum.*

MArtis ingredimur abyssum: tam eius quod Deus in gratiam hominis prestitit, quam eius quod Maria hodie recipit, dum Deum castissimis suis excipit visceribus. Vela contrahamus, quando & ipse Deus immensus se contrahit in cœlestis mulieris purissimis visceribus: resistere modò non valens eius humilitati, obedientiæ & fidei:

tem

GAYGER.
Ser. 3. Ann.
num.

tem suæ celsitudini illum creauit, vt eleganter asseruit Abbas Gaugericus. *Si attendas angustias vteri: locus angustus est, si latitudinem cordis: thronus grandis est.* Exponens insignem & mirandum Salomonis thronum de Maria semper Virgine.

II.

Deus hominē creans pignus dedit nostræ felicitatis.

Dicam vlteriùs nedum voluit Deus summum vtique bonum, cui proprium est diffundere se & communicare, hominem in lucem producere creaturam ad eò illustrem, sed vlteriùs progredi, & in eius creatione pignus nobis tribuere felicitatis nostræ, & maximi omnium operis Dei, quo brachium suum extendit, & dexteram suam glorificauit. Exordiar cum insigni Tertullianis sententia: quâ probabimus quòd Deus incipiens bona sua beneficis elargiri, numquam desistat, illaque non cohibeat ne fluant: imò perpetuo illa fluxu prosequatur. Expendit igitur Doctor Africanus Deum tenentem manu sua lutum, & corpus primi hominis delineantem, beatum ex tam frequenti contactu Dei, & contemplatus quòd qui terram inter manus voluat bene pinsam, necesse sit illa ei conglutinetur, ex illo tam claro antecedenti certam infert consequentiam. Numquid Deus lutum voluit pinsitque manibus? ne dubites, tempus erit, quo materiale lutum illud in ipso, sic nostro adherabit, vt nūquam ab

eo sit separandum, sicut in vinculo Incarnationis fides nostra confitetur. *Quod semel assumpsit, nūquam dimisit.* Audiamus Tertullianum: *Iam tunc limus ille imaginem induens Christi futuri in carnem, non tantum Dei opus erat,*

TERTULL. de Resur. rect. carn. c. 6.

sed pignus. Opus & pignus eleganter nominat massam illam limi. Opus, quia Deus in illo operabatur: pignus, quia in illo opus aliud longè præstantius pollicebatur. Quòd si à Tertulliano quæras: vnde hæc colligitur consequentia? Respondebit, ex liberali ad eò & effusa Dei natura: ex vno quippe beneficio sperandum est aliud & aliud, vsque ad eorum complementum, & quod tunc sistet, dum hoc modo se communicauerit absque vllò voluntatis nostræ termino.

Præterea Deus contulerat beneficia beatissimo illi Patriarchæ Abraham, quem sibi elegerat in protoparentem suum secundum carnem. Citat illum ad se, & quem hætenus vocauerat *Abram*, vult vt amodo vocetur *Abraham*, id est, Pater multarum gentium (sicut reipsa fuit omnium fidelium, nam ex fide dicuntur fideles) additque litteram vnā, quam si velint non esse, saltē nota erit aspirationis: *Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, sed Abraham: quia patrem multarum gentium constituit.* Nec hoc illi sufficit vici

III. Deus Abraham multa confert beneficia.

Gen. 17.

mutasse nomen, quin & vxoris nomen commutet, Sarai in Sara: *Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram.* Adest D. Chrysof. & quasi Dei nomine locutus sic Patriarcham alloquitur: *Quemadmodum (inquit) nomine imposito significavi, quod pater sis futurus multarum gentium: ita & uxori tuae similiter appono litteram: quia nunc tempus adest ut olim à me promissa compleantur.* Quia nomen tuum mutavi, muto pariter & vxoris tuæ. Hæreamus hîc & Deum sic alloquamur: Domine, quod sancto illi, amico tuo & ad tantam gloriam electo inter reliquos homines, titulos adscribas novos, veteribus non contentus, mihi perplacet: quòd autem vxoris nomen immutetur, non capio mysterium. Quid refert quòd Sarai vocetur vel Sara? Attendamus: nam in eo quòd proposito dubio respondet D. Chrysof. nodum soluit quæstionis, si sententiæ illius profunda perscrutemur: sicut marito nomen mutatum est, ita quoque vxoris. Sed vnde hoc colligis D. Chrysofome? Ex eo quòd Deus nunquam simplicia conferat beneficia, sed duplicia sunt eius beneficia, atque ex vno speratur alterum, & in honore quo virum afficit, se oppignorat, ut eundem vxori tribuat. Cui aliam subnectit sententiam, quâ subtiliter conceptum hunc expendit: *Id-*

circò prius litteram adieci: ut scias quod omnino fient, quæ à me dictæ sunt. Idèò multiplico litteras, quatenus tibi constet, quòd verbo meo tibi dato stabo fidelis tuisque oculis ipse conspicias gloriam bonamq; sortem quam tibi polliceor: quasi clarius diceret: hoc vnice desiderat Abraham, nempe certò scire quòd Deus illi loquatur, tantumq; illi donum promittat: & in nullo alio hoc euidentius patebit, quàm in multiplicatione beneficiorum: quocirca litteras addit, vnum & alterum adauget, quo constabit hanc eius esse consuetudinem & naturam, præcedentibus donis futura & posteriora oppignorare.

Hoc optimè capiet illustrissimus illius nepos Iacob in illa celebri lucta, quâ cum Deo decertauit, qui erumpente luce sua clarissima aurora nocturnis impedita tenebris, sic eum deprecatur: *Dimitte me: iam enim ascendit aurora: ut liberum abire*

permitteret, brachiisque suis absolueret: cui sic Iacob fortis robore, & fiducia plenus: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Domine, nihil de hoc agamus, donec ipse mihi benedixeris, q. d. nisi te ipsum tradideris. A lucidissimo Græciæ sole D. Chrysofostomo non despectamus, habebimus quòd ex illo discamus. Animum perpendit Patriarchæ, qui se manu ad ma-

IV!
De nomi-
nis vtrius-
que muta-
tione.

V.
Iacob cur
dixerit:
Non dimittam te.

D. CHRYS.
Ho. 40. 17
Gen.

num viriliter creatoris suo opponit, & petitioni illi: *Dimitte me*, respondet: *Non dimittam te*. Quærit autem vnde tam nobile cor animusque Iacob? quæ tanta mouit illum ratio, vt vires suas extollere præsumeret, quæ nihil sunt in conspectu æternæ essentia? Respondet: *Sentiens igitur iustus magnitudinem virtutis eius, qui hæc sibi dixerat, dixit: Non dimittam te nisi benedixeris mihi*. Mysterium explico. Callebat clarissimè Iacob omnipotentiam ac dignitatem Domini illius sui in lucta antagonista: quocirca huic confidens, animum erigit vt hæc illi viriliter respondeat. Huius rationis vires non capio. Quinimò coram diuina potestate ipsa humana fragilitas animum deiicere, & deprimere debuisset iactantiam homo coram Deo: & considerata tanta maiestate quoddam se victum non tradat, quis non obstupescit? Dum Angeli Prophetæ mysteria reuelant vt patet in Ezechiele & Daniele & aliis: necesse fuit illis vires addere: quia in conspectu tantæ lucis quasi mortui corruerant: quinimò vates Euangelicus in casu quodam sibi ostenso, sic ait: *Corruui cum audirem, conturbatus sum cum viderem* &c. Fieri potest vt ex eo perturbetur ex quo Iacob capit fiduciam? ille mortem, hic vitam? ille corruat exanimis, hic fortius roboretur? Responsum D. Chrysostom. re-

petamus, qui in hac materia tantum duxit, quantum dici potuit: *Magna consecutus sum, & qua supra meam sunt dignitatem, & non prius relinquam te donec benedictionem à te accipiam*. Domine, inquit Deo Patriarcha, non vulgaribus me præuenisti misericordiis, intellectum meum & gratitudinem longè superant: sed cum eò vsque fauor non ascenderit, vt te ipsum in munus mihi largireris; hoc enim exopto: ex præterito spes accrescit, tantumque abest vt in petitione mea deferueam, quinimò ex receptis donis animum ad alia confirmo, donec vltimum accipiam: tua quippe me non latet natura, cui hoc proprium est ex muneribus quibus nos cumulas, te ad ampliora danda constringeret: *Magna consecutus sum*.

Duo Christus instituit conuiuia sequacibus suis: prius describit D. Ioannes, posterius D. Marcus: in illo quinque millia virorum quinque panibus saturauit: *Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia*: in hoc quatuor quasi millia. Miraculum hoc attentè perpendit Albertus Magnus, & grauitè sic ait: *Iterum notat Euangelista quod ante fecerat miraculum de refectioe quinque panum in quinque millia hominum: & idè addit bic iterum*. Supponit iam nos scire & aliud conuiuium à Salvatore præparatum, Iud.

D. CHRYS.
Hom. 58. in
Gen.

Isai. 21.
VI.
Ex vno beneficium sequitur a Iud.

Ioan. 6.
Marc. 8.

ALBERT.
MAGN. in
Marc. c. 8.

VII.
Et ex vno conuiuio a Iud.

ratum, narrante historiam alio Evangelistâ: ergo & aliud instruere tenebatur. Expendamus causalem hanc vocem: *Et ideo addidit.* Dicerem ego: quod Christus liberali manu conuiuium opiparum instruxerit: hinc ego magnificentiam eius colligo omnipotentem, quâ pariter nos erudit, se nec in temporalibus sibi seruientibus deesse; iuxta Dauidis oraculum: *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem:* Sed causam assignare liberalitatis, quod alibi talis fuerit, nescio quâ consequentia hoc inferatur. Notemus ergo profundam & claram eius responsionem qui lector Angelico Doctori D. Thomæ prælegit: *Deus enim diues in misericordia non deficit, nec finem ponit in beneficiis, sed semper influit, & effluit.* Valde bene vnum ex altero colligitur: quia Deus diues est in misericordiis, & expansus largusque in beneficiis: in beneficiando non se cohibet, numquam deficit, non statuit eis terminos: quocirca cum semel tribuerit, & iterum tribuere oportet: hanc eius naturam agnosco. *Nec finem ponit in beneficiis.*

Occurrit nobis elegantissimus nostri Cardinal. Caietani conceptus circa institutionem SS. Sacramenti. Consecrauit Christus separatim corpus suum & sanguinem: illud statusens

sub specie panis, hunc verò sub specie vini. Hæret igitur in verbo illo D. Lucæ: *Hic est sanguis meus, qui pro vobis fundetur: & ait: Sicut enim inceperat dare corpus, ita etiam inceperat fundi sanguis.* Sicut dederat corpus suum: *Accipite & comedite: Hoc est corpus meum:* ita dare voluit sanguinem suum. Difficultas hæc est: quare, si in corpore quod transsubstantiauit quia viuum, sanguis erat, voluit, sanguinem dare separatim? Et si in sanguine viuo huius corpus erat, vel satis illi esset illud tribuere, cui seruit hæc diuisio, vel distincta consecratio? Iam mihi responsio liquet ex illis verbis Caietani: *Sicut inceperat &c.* Inceperat tradere corpus suum SS. in illo non patebat sanguis exterius: æquum igitur est vt hic separatim tribuatur: si namque hoc non fiat, cum Apostolorum oculi, & postmodum nostri non nisi vnam viderent consecrationem, simplex & vnicum tantum caperent esse beneficium: & cum Deus numquam simplicia det beneficia, sed duplicata, duplicetur beneficium: nam in vno se se obstringit, vt alterum accipiatur.

Conceptum hunc illustrant elegantissima D. Hilarij verba: qui ex eo quod Deus Israëlitis præstitit, concludit id quod nobiscum est acturus. Longum recenset Dauid catalogum dono-

Luc. 12
CAIETAN.
VIII.
Christus
cur separa-
tim corpus
& sangui-
nem suum
dedit.

Pf 36.

Nota.

Pf. 67.

IX.
Beneficia
veteris legis
pignora
sunt nouæ.

D. HILAR
in Ps 67.

Pf. 9.

THOM.
GEORG.
ibid.

X.
Studia Dei
nostra fuit
redemptio.

rum, quibus Deus cumulauit
populum Israëliticum: modò
maris rubri cohibens aquas,
modò demergens fluctibus Æ-
gyptios: quo præfiguratur Ba-
ptismus, in quo cuncta absor-
bentur peccata: nunc de cælo
depluens Manna, panem Ange-
lorum, SS. Altaris Sacramen-
tum: iam legem promulgans
post quinquagesimum diem e-
gressionis de Ægypto; aduen-
tum hîc noto Spiritus S. toti-
dem elapsis diebus cùm iam à
mortuis Christus resurrexisset
&c. Tandem sic ait: *Hoc ideo,*
vt cùm illa quæ legis sunt, gesserit, in
his quoque quæ Euangeliorum sunt
præformasse videatur, est q̄ idem
largitor eius qui de calis est panis
qui in Sina Manna fuerat indul-
tor. Hunc agendi modum Deus
vsque in hodiernum diem ob-
seruauit: in hoc enim maximo
opere sua omnia coronauit, se-
que ita coronauit: cùm enim sit
cõplementum, Dauid opus hoc
studia appellauit, vt bene no-
tat Card. noster Thomas Geor-
gius: ad illa verba Psalmi: *An-*
nuntiate inter gentes studia eius.
Et asserit per studia nostram in-
telligi redemptionem, quæ hodie
incipit. *Per studia intelli-*
guntur operationes humana repa-
rationis: ratio verò tituli huius
triplex est: studere namque An-
gelis non conuenit: quia simpli-
ci intuitu omnia cognoscunt;
sed homini quem Deus redemit:

Studere est propria operatio homi-
nis, non Angeli: & ideo quia ope-
rationes pertinentes ad reparatio-
nem nostram Deus in natura hu-
mana exercuit, meritiò dicuntur
studia eius. Vel quia quæ studio
sciuntur, paulatim addiscuntur:
& Deus plenitudinem temporis
expectauit, alia tempora præ-
tergrediens. *Quia quæ studio*
fiunt, non subito, sed cum mora
temporis. Vel quia subtilius est
quod studetur: nam licet in Deo
hoc locum non habeat, loqui-
mur tamen modo humano. Et
ita subtiliter addit præfatus Car-
dinalis: quòd hîc Deus se coro-
nauerit: aduertens quod in Psal.
5. *Verba mea auribus percipe Do-*
mine: in quo Dauid Incarnatio-
nem postulat filij Dei, in secun-
do versu illum appellet: *Deus*
meus & Rex meus. Cùm autem
Deus ab æterno Rex sit, dubita-
bit aliquis cur hîc magis quàm
alibi hunc illi titulum adscri-
bat? Et vnico verbo respondet.
Primum: sicut enim ab eo re-
poscit vt humanam assumat na-
turam, & Regem ex eadem spe-
cie esse conueniat cum illis qui-
bus imperat, illum inscribit Re-
gem. *Rex debet esse de genere il-*
lorum quibus principatur. Secun-
dum: casui proposito respondet.
Per Regem intelligitur filius se-
cundum naturam assumptam. Si
Deus hac naturâ suâ coronet
prærogatiuas, & hoc modo se
hominibus exhibendo opera il-
lius

XI.
Cur Rex
dicatur &
Deus meus.

lius in plenitudine donorum perfecta sint : dicatur, dum carnem nostram induit, quòd Princeps sit & Rex.

Dicamus pariter quòd in summa omnium Regina Maria diuinæ coronentur misericordiæ : atque inter has cæteris præclarior eminet hodierna: hic dies eius est, & gloriæ nostræ. Virginem audiamus qualiter in Canticis hoc exponat, cuius verba piissimus eius cliens S. Amedeus interpretatur. *Quis mihi det te fratrem meum, ut inueniam te foris & deosculer te, & iam me nemo despiciat.* Quis hoc mihi concedat, Deus meus, ut te contempler factum iam fratrem meum, & quem culpa humana abstraxerat, te brachiis meis amplectar. Præstat eius proferre

verba: *Inueniam te foris in luce, quies secretum Patris : inueniam te apparentem in carne qui lates in inuisibili maiestate : inueniam te sponsum procedentem de thalamo, qui in ventre virginali conceptus es de Spiritu S. & deosculer te vniuersa tibi in perceptione carnis tue & sanguinis : & iam me nemo despiciat : non Deus Pater videns proprium filium incarnatum : non Angelus sanctus adorans Deum hominem factum; non superbus demon dolens se à Christo superatum, suamque euersam tyrannidem.* At tamen inter omnia humana gaudia, maior tibi pars cedit ò serenissima Imperatrici Maria, dum Maiestas tua diuina tribuit nostræ principium felicitati & gloriæ securitatem.

D. AMED.
Hom. 1. de
laud. B. Virg.
Cant. 8. 1.

XII.
Desiderium
B. Virginis
pro incarnatione.

